



**R. P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

Regnault, Valère <1543-1623>

Mogvntiæ, 1617

Cap. 20. De iis quæ excusant ab executione voti emissi,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78477](#)

272. Sed queret aliquis, An votum ipsum solemne religio-
nis intra pubertatem emissum, ita nullum sit; vt ne voti
quidem simplicis vim habeat. Ad quod Sylvestris in citra-
ta quest. 2. negative responderet, credens obligare tanquam
votum simplex: idque de mente D. Thomae 2. 2. quest. 18.
art. 5. Idem etiam Palud. non obscurè annuit in 4. distinct. 38. quest. 2. divisione septima: & postea D. Antonius in
memorato cap. 3. §. 2. circa principium: dum dicit impuber-
es non posse professionem facere quæ valeat vt solem-
nis: per quod, vt videtur, significant valere tantum vt vo-
tum simplex. Contrarium vero tenendum est cum Caier.
ad prius memoratum D. Thomae art. 9. col. 1. & cum Soto
in citato art. 2. paulo ante solutionem argumentorum. Pro-
batur enim aperte ex eo, quod in cap. vnioco, De regulari. In
6. taliter profecto fuit potestas libere redeundi ad facul-
lum: quod sane Ecclesia minime faceret, si talis teneretur
quantum in se est, religiosum seruare institutum. Ad idem
quoque aperte facit Concil. Trident. cum in memorato
cap. 15. professionem in quacumque religione, sive viro-
rum sive mulierum, factam ante decimum sextum an-
num, decernit nullam esse, nullamque inducere obliga-
tionem ad alijus regulæ, vel religionis vel ordinis obser-
vationem, aut ad alios quo scumque effectus. Non debet
vero nos mouere quod à Sylvestre pro se D. Thomas ci-
teretur; quia dubium non est quin huius mentem melius
quam ille, assicuti sunt Caier. & Sotus, eius quoque per-
petui sectatores ac interpres commendatissimi. De Pa-
ludano autem & D. Antonino dici potest eos tantum si-
gnificare voluisse, quod impuberis nequeat votum so-
lemnem emittere, licet facere possint votum simplex: adeo
que minime id intendisse, quod ex dicto ipsorum illa-
tum est.

273. Porro ea de qua hic agitur pubertas, consideranda est
præcisè, penes ætatis annos: vt nimur nunc secundum
ius nouum in Concil. Trident. editum, sive masculus sive
fœmina, nisi 16. annum expulerit; & antea secundum
ius antiquum, nisi masculus 14. & fœmina 12. annum im-
pleuerit, nequicuerit valide facere solemnem votum reli-
gionis: quantumvis ante eam ætatem ei a doli capax,
viram haberetur pro pubere, quemadmodum notatum
est à Diuino Antonino 2. par. tit. undecimo cap. 2. §. 6. & 3. p. r. tit.
15. cap. 3. in princip. & a Soto lib. 7. De iust. & iure quest. 3. art. 2.
conclus. 3. Neque refert, quod circa matrimonium (ad quod
etiam pubertas requiritur) malitia seu doli capacitas possit
eam ætatem supplere, iuxta cap. De illis 2. & cap. finale
De defensione impuberis. Non refert inquam, quoniam
ea de qua loquimur voti inualiditas, non spectatur
ex rei natura, sicut inualiditas matrimonij; sed ex eo Ec-
clesia statuto, quo impuberis professio nulla est: quid-
quid malitia ætatem supplet.

274. Quod attinet ad cetera vota, nihil circa tempus ætatis,
Ecclæsia de eis præscriptis: adeo vt si quis iam doli capa-
tra puberetatem suscipiat sacram ordinem, solemnè cō-
tinente voto ad strictus esset, vt habent Caier. 2. 2. quest. 8.
art. 9. & Sotus in 7. De iust. & iure quest. 3. art. 2. Eadem quo-
que ratione, vota simplicia ab impuberis emissa censenda
sunt valida: sicut legitimum habuerit rationis visum, ex
codem Caetano ibidem, & in verbo Votum cap. 3. & 2. 2.
quest. 18. art. 5. Id quod verum est, etiam votum si sim-
plex religiosus, prout Sylvestris expressit in verbo Votum
3. quest. 5. cui Nauar. in Enchir. cap. 12. num. 68. consentit,
repudiata contraria (quem Angelus & Rosella inserviant)
sententia.

275. Adiuerte autem, quandonam puer legitimum rationis
volum habeat, non posse certo definiri ex tempore; quo-
niam is solet alii citius & alii tardius advenire, vt con-
stat experientia, vnde non est tam ad ætatem quam ad do-
li capacitatem attendendum: nimur considerando &
expendendo capiatne quid importet votum Deo facere,
prout Caier. art. in citato cap. 3. Aut an polleat eo rationis
volum, quo possit mortaliter peccare; quod idem est, ac posse
diabolo se obligare: si enim deprehendatur potuisse quâ-
do voulit, iudicari debebit, iuxta antedicta, cum delibera-
tione ad validitatem sufficienti, voulisse. Quam omnian
sententiam esse notat Nauarrus in eodem num. 68. Ad-

dens nihilominus quod possint parches & tuncles oin-
nia taliter ab impuberibus emissâ vota irritare. De quare
in seq. cap. 21.

C A P V T X X.

De iis que excusant ab executione voti emissi.

S V M M A R I V M.

276. Quatenus ratione dubii, detur excusatio ab executione voti
emissi.
277. De ea que datur ratione materiae, generale documentum,
cum corollaris ex eo deductus.
278. De eo qui voulit ieiunare, & impeditus exequi ob infirma-
tem corporis.
279. Ingredens religionem non tenetur implere votum peregrina-
tionis Iero-solymitanæ: nec tenetur quis seruare votum non
transfundi per aliquem vicum, si causa iusta ob quan-
emissum est,cessari.
280. Impossibilitas implendi votum, absolute liberat ab eius exe-
cutione, si illa si perpetua, non item si tantum temporalis.
281. Quando impossibilitas excusat, nihil necesse est commutatio-
nem fieri in aliquid possibile; & cum impossibilitas excusat
solum ex parte, reliqua pars possibilis & executioni
mandanda.
282. Explicatio difficultatis: An feminæ que virginitatem voulit,
liberabit à voto, si fornicetur.
283. Qui votum si emissum non potest per se implere, non tene-
tur per diuum, exceptis dubiis casibus.
284. Quatenus ex intentione voulent, habeatur excusatio à voti
executione.
285. De obligatione ad executionem voti sub conditione.
286. De obligatione ad executionem voti, cui definitum est certum
tempus: & quid sit agendum, cum nequit quis deprehen-
dere, ad quod tempus voulent se obligare.
287. Quid agendum, cum voulens ex conscientia sue iudicio depre-
hendere nequit, an pecet differendo executionem sui voti.
288. Responso ad dubium, An qui tempore prefijo non impluit
votum teneatur, ad sequenti tempore implere.
289. Quid agendum, quando in idem tempus incidunt duorum
votorum executiones incompatibilis.
290. Quid sit iudicandum de obligatione ad ieiunium incidente
in diem Dominicum, aut nativitatem Domini.
291. Quid sit agendum cum quis scire non potest quondam ex plu-
ribus voulit.
292. Quid cum dud, de quo emissum est votum, recipit maius &
minus.
293. Deloco & tempore in quo votum mandandum est executioni.
294. De fine & modo actionis, quod non cadant sub votum.

E X C U S A T I O ab executione voti aliquando contin-
git ratione dubij de voti validitate, aliquando ratio-
ne materiae, & aliquando ratione intentionis.

De excusatione ratione dubii de validitate voti.

S E C T I O I.

A D hanc excusationem spectant ea de quibus diffe-
runt, alijs magno numero citati Thomas Sanchez in
lib. 1. De matrimonio disput. mona, dubio 3. & Suarez De
religione tract. 6. lib. 4. cap. 3. Sufficiencia ad nostrum insti-
tutum complectentur aliquot documents. Quibus pra-
mittendum est, dubium quoddam esse negativum, &
quoddam positivum: negativum quidem, cum intelleg-
itus sic est falsi ensus, vt neutræ parti præbeat assensum;
quia pro neutræ rationes habet, quæ sufficiant ad ferendū
iudicium probabile: positivum vero, quando utri-
que parti adhibet assensum, quia pro utraque, rationes ha-
bet sufficietes ad iudicium probabile ferendum. Quod
si pro una tantum parte rationes probables habeat (quia
scilicet coniunctæ quæ in alteram occurruunt, adferunt
solummodo formidinem, non item evidenciam aliquam
moralem) non erit censendum dubius, sed certus morali-
ter de eadem parte.

276.

Quibus ita præmissis. Primum documentum sit, in quo Doctores consentire Suarezum, quinto notat, iudicantem probabiliter se non emisisse votum, etiam si rationes forte habeat, quæ probabiliter suadeant oppositum, non teneri ad illius executionem. Ratio est, quia cum probabilitas est in utramque partem: licitum est homini, quam maleficere sequi: prout docimus in preced. libro 13. num. 86.

Secundum est. Iudicantem probabiliter se votum emisisse: nec habentem in oppositum probabiles rationes, sed solum conjecturas insufficientes ad prudens iudicium, teneri ad illius executionem. Ratio est, quia probabilitas facit certitudinem moralem, quando non est alia similia in contrarium. Nec obstabit: quod easit cum formidine; siue maiore siue minore: quia humana res non ferunt evidentiam cognitionis quæ caret formidine.

Tertium est. Eum qui dubio negatiuo dubius est, non posse contrarieare votu suo, ante quam diligentiam adhiberet ad tollendum idipsum dubium per veritatem investigationem. Ratio est, quia magna temeritate alioqui exponeret se evidenti periculo committendi peccatum mortale, quale est violatio voti. Quod si non suffpetat potestas inquirendi, iudicandum erit iuxta sequens documentum, cum quis diligenter adhucit quam potuit.

Quartum igitur est. Eum qui eodem dubio negatiuo dubius est, si post moralem diligenciam adhibitam maneat dubius de voto a se emissu, nec possit probabile iudicium ferre quod emiserit illud; non teneri ad executionem illius. Hoc probatur: quia ex regula 65. iuris in 6. In pari delicto & causa, melior sit conditio possidentis. Tali dubio autem dubitans, existimare potest se libertatem sua voluntatis possidere, quamdiu scire nequit se habere eam vinculo ad strictam. Sic Sotus in lib. 7. De iust. & iure q. 3. art. 2. ait: quando fuerit incertum an impubes rationis sum iam haberet cum vout, iudicandum esse non obligari ad voti observationem, vt nec obligatur ecclesiastico precepto de usurpandis pœnitentia & Eucharistia sacramentis, dato in cap. Omnis virtusque sexus De penit. & remissione. Rationes contrarias cum solutionibus habet Suarez in citato cap. 5.

De excusatione ab eadem executione ratione materiae.

SECTIO II.

277.

Excusatio ab executione voti, ratione materiae tunc contingit, cum haec talis est, quæ si interuenisset quædo votum fieret, impediuerit ne ipsum valide fieret, quemadmodum notat Caiet. in verbo Votum cap. 4. & est doctrina D. Thomæ in 4. distinçt. 28. quæst. 1. art. 3. quæst. 1. ad 1. quam sequuntur Angelus in verbo Votum 3. in principio. Sylvest. eodem verbo 2. quæst. 1. Supplementum Gabrieles in 4. distinçt. 38. quæst. 1. lit. F. col. 3. Ex qua idem bene inferunt: quod si materia voti facta sit impossibilis, aut illicita, aut impeditiva melioris boni, aut redditia differentia, executio voti sic impediatur, ut ab ea qui vout excuseretur: quoniam, vt ante in cap. 18. habitum est, votum a principio de talibus validi fieri non potuit.

Inde autem multa deducuntur. Ac primo, quod si Rex vovet monasterium ædificare, & interea a regno expellatur, ita ut sumptus in eam rem necessarios facere sit ei impossibile, ipse à voti sui executione legitime excusat: quemadmodum expressis Caiet. in memorato cap. 4. Similiterq; dici vniuerse potest de omni alio, cui ob superuenientem paupertatem impossibile est elemosynam quæ vout, facere, ex Palud. in 4. distinçt. 38. quæst. 3. art. 4. conclus. 2. & D. Anton. 2. par. iii. 11. cap. 2. §. 4. Nauar. in Enchir. cap. 12. num. 39. Obiter autem aduerte, quod interduum actus qui constituitur materia voti, possit executioni mandari secundum suam substantiam, non tamen secundum circumstantiam, qua intentione vovens sit ei adiecta tanquam necessaria ad obligationem voti: quia scilicet vovens non habuit animum se obligandi sine ea: In quo casu contingit etiam excusatio ab executione voti: quia circumstantia in eo apposita, rationem habet conditionis suspensentis obligationem. Addita vero tanquam pura circumstantia, nihil tale efficere; quia tunc haberet tan-

tum nodum accessorijs, quo cessante non est necessarium principale cessare: vt nec sublato accidente, tollitur substantia.

Deducitur secundo paritatione: quod si quis voulit iejunare singulis sextis feriis, & potesta sic debilitetur viribus, vt tale iejunium sit ei illicitum propter notabile detrimentum quod adserret ipsius sanitati (nimis tanquam habens rationem afflictionis urgentis in homicidium; ex Soto in 7. De iust. & iure quæst. 1. art. 3. in fine) is legitimate excusat: talis voti obseruatione, quemadmodum expressis quoque ibid. Caiet. & tenet Angelus in verbo Votum 3. in principio. Qui nibilominus vult, quod si possit Superior adiri, authoritas ipsius exponi debeat: iuxta doctrinam D. Thomæ 2. quæst. 88. art. 2. ad 3. vbi non obscurus significat, quod si quis magnum & manifestum grauamen sentiat ex eiusmodi voti obseruatione, debeat si possit recurrere ad Superiorum. Quod aduerte intelligentium quodcasum, in quo adhuc est dubium necapsitum an per superuenientem insufficiatatem iejunium ipsum redatur illiciu. Tunc enim, cum homo in his quæ ad ipsum pertinent, facile fallatur, contentaneum est ad autoritatem Superioris recurrere. Quodcasum vero in quo materiae virtus fuerit manifestum, nihil tales necessarium est, ex eiusdem D. Thomæ in seq. art. 10. & ceterorum post ipsum communis sententia, quemadmodum habet Nauar. in Enchir. cap. 12. num. 76.

Iam quod prætextu difficultatis que in iejunio sentitur, ei qui illud voulit, non leceat tale votum infringere propria autoritate, existimandum est; iuxta illud quod notatur in supplemento Gabrieles columna terria ante memorata: nimis impossibilitatem, non autem difficultatem præstationis, tollere obligationem præstandi quod voto promissum est; prout confirmari potest argumento cap. Quod super his. De voto. Nam ratio eius quod ibi definitur de obligatione residendi votum, quod propter impedimentum aliquod perpetuum nequit utilem impleri: non alia esse viderur, quam quod licet impossibilitas implendi tollat absolute voti obligationem, difficultas tamen non tollat. Atque hinc est ex Soto in 7. De iust. & iure quæst. 2. art. 1. in materia tertii argumenti quod etiam si emissio voto aliquid difficultatis experiaris, quam si prænouilles non voulisses, non ideo tam liber lis a voti tui obligatione: sed illud executioni mandare debeas.

Deducitur tertio, quod habet Caiet. in memorato cap. 4. quod si quis post votum Ieronolymitanum vult ingredi religionem, possit ea ratione voti executionem omittere: quia illud alioqui esset impedimentum melioris boni. Idem quoque habet Armilla in verbo Votum num. 10. & satis confirmatur ex cap. Scripturæ De voto.

Deducitur denique, quod abduc ibid. Caiet. habet, & 2. quæst. 88. art. 2. versu Circa indifferencia: quod si quis voulit non transire per aliquem vicum, quoniam est ibi mulier à qua attrahetur ad illicita: eadem muliere mortua, posse illac transire: quia talis voti materia, ex moraliter bona, effecta est indifferens: & ideo votum ipsum non ligat amplius. Id quod notatur Sotus lib. 7. De iust. & iure quæst. 1. art. 3. dub. 2. post 5. conclusionem, & Nauar. in Enchir. cap. 12. num. 28.

Dubitari autem potest circa impedimentum impossibilitatis superuenientis. An ipsum absolute, & ad omnes tempus, excusat. De qua re statuit Paludanus in 4. distinçt. 38. quæst. 3. art. 4. conclus. 2. & cum eo supplementum Gabrieles in memofata litera F. col. 2. quod quando non est spes, vt per naturam possiblitas redat, vovens liberetur ex toto: quando autem est spes, is excusat: ad tempus, sed non libetur à toto. Vnde illi inferunt, eum qui ob paupertatem impeditur ab executione voti sui, si ad pinguorem fortunam perueniat, teneri pro sua possibilitate, siue quoad partem, siue quoad totum executioni mandare, illud quod voulit. Id ipsum significat Caiet. in eodem cap. 4. Inquiens, quod si impossibilitas superueniat toti materiae promissa, vovens non teneat ad votum durante impossibilitate. Eademque est D. Anton. sententia 2. partit. ii. cap. 2. §. 4. & Nauar. in Enchir. cap. 12. num. 39. dicentis eum qui credit ad pinguorem fortunam, vel la-

nitatu

nitati restituitur, tamen quod voulit, vel partem eius quam potest, tenet implere.

Quod vero tunc temporis non sit obligatio ad votum illud, cuius executio redditum est impossibilis, commutandum in aliquid aliud possibile, non est Syl. in verbo Votum 2. quæst. 2. Et confirmat per illud, quod supra relatum est ex D. Thoma: nempe impedimentum, quod ab initio reddidisset votū inutilium, postea superueniens, tollere obligationem illud implendi. Vnde patet nihil esse opus commutatione ad satisfaciendum ei. Capitulum autem Quod super his, De voto: vbi ob impedimentum superueniens fit voti commutatio: Syluester ipse intelligendum esse ait, non de impedimento impossibilitatis, sed difficultatis: quam antea notauiimus non tollere voti obligationem.

Adhæc sicut superueniente possilitate implendit partem voti, voulens tenetur, prout dictum est, illam executi, ita etiam superueniente impossibilitate implendi, non quidem totam voti materiam, sed tantum illius partem, excusatio soluta est ab executione eius partis, quam impossibilitas impedit. Id quod locis citatis obseruant D. Anton. Syluester. & Nauar. Et probatur: quia ex receptione axiomate, quæ ratio est totius ad rotum, eadem est pars ad partem. Exemplum datur in hac re de fœmina qua habens votum simplex castitatis, contrahit matrimonium: quo iam consummato nequit quidem integre castitatem seruare, cum debitum contigale reddere teneatur: potest tamen seruare aliqua ex parte: nempe non petendo debitum; quod ei liberum est, non obstante matrimonio. De qua re alias cum de matrimonio.

De difficultate autem illa qua hic moueri potest, An fœmina quæ virginitatem voulit postquam semel corrupta est obligatur deinceps ex vivoti, à Venere abstinere: quid tenendum sit, explicatur distinctione. Si enim voulendo intendit solum à prima Venere abstinere (quia solummodo volebat canis integritatē custodiare) dubium non est, quin postquam semel est corrupta, votum ipsius cesseret absolute; ideoque ipsa si velit, possit & contrahere matrimonium: & reddere atque petere debitum si contrahat, prout docent Caiet. 2. 2 quæst. 88. art. 3. col. penultima in principio, & Nauar. in Enchir. cap. 12. num. 43. Si vero intendit absolute virginitatem voulere, cum tale votum sit simileiter negativum, puta de non cognoscendo virum, etiam si violata sit. Atque adeo virginitate amissa, votum fregerit, eaque de causa sit illi agenda pénitentia: adhuc tamen tenerur ad votum ipsum deinceps seruandum, prout ei possibile est: videlicet abstinentio ab omni vnu rei Venere. In docent Caiet. Nauar. & Sotus in illo loco: estque sententia D. Thomæ in citato articulo 3. ad 2. & supplementi Gabrielis in eadem columna 2.

Adhuc superest dubium circa impedimentum impossibilitatis An is qui nequit votum suum per se implere, tenet implere per alium. Ad quod respondent Syluest. in verbo Votum 2. quæst. 10. Rosella in eodem verbo 1. lit. L. col. 2. Supplementum Gabrielis in prædicta quæst. 1. lit. L. col. 2. itemq; D. Anton. & Angelus quos refert & sequitur Nauar. in Enchir. cap. 12. num. 55. respondent non teneri regulariter. Et rationem reddunt: quia omne votum interligitur fieri sub conditione, saltem tacita, si mihi possibile fuerit. Additum vero est regulariter proper duos casus ab iisdem authoribus memoratos, in quibus ea resolutio non procedit. Prior est, quando votum tacite saltem, ad tale quid extenditur: ut ipsum meliori modo quo potest impletatur, si impedimentum superueniat impossibilitatis, taliter ipsum implendi, qualiter emissum est. Exemplum illi adferit ex Innocent. ad cap. Scriptura, De voto, quæst. 2: Si quis voulere profectiōem ad Terram sanctam pro subsidio impendendo aduersus religionis hostes, & superueniat impedimentum perpetuum talis profectiōnis: is inde non sit omnino liber, sed teneatur per alium, ac meliori quo potest modo id ipsum subsidium impendere.

Posterior casus est, cum quis voulere aliquid quod certus est se nullatenus per seipsum posse executioni mandare:

tunc enim teneatur per alium implere, ne votum sit denisorum. Ita post Panorm. ad cap. licer, De voto, habent Syluest. Rosella, & Nauar. locis citatis. Refutantes eos, qui addunt casum quo quis fuerit in mora implendi votum: si quidem neglexerit illud implere quando poterat, vel sua culpa effectus sit impotens ad illud implendum. Namque ad nihil aliud quam ad agendam de sua culpa pénitentiam inde tenetur: cum impossibilitas superueniens ex se vim habeat excusandi ab executione voti: quandoquidem ex regula sextariis in 6. nemo potest ad impossibile obligari. Si tamen votum fuerit reale, hares illius qui voulit, tenetur supplicere omissam voti adimplitionem: sicut & solvere cetera debita ipsius, ut in præced. cap. 2. divisione penult. iam habitudin ex Palud. & aliis.

De excusatione ab ipsa voti executione, ratione intentionis voulentis.

S E C T I O N I I I .

N otat Caiet. in verbo Votum cap. 4. ex intentione voulentis, quando ea fuerit certa, vota recipere posse quæcumque impedimenta, excusationevel ab executione. Ratio est: quia votum non extenditur ultra limites quos voluntas voulentis præscriperit: vnde fit ut ad illud præcise obligari, ad quod voulens intendit se obligare. Id quod satis indicant verba illa Deut. 23. Facies sicut promisisti Domino Deo tuo: & propria voluntate & ore tu loquutes es.] Ratio vero est, quod votum sit quædam lex priuata quam sibi ipsa sua sponte voulens imponit: & ideo tales ac tantum obligationem inducit, qualiter ac quantum sibi imponere, ipse intendit. Commune estenim omni lege catenus obligare, quatenus legislator intendit. Quod si votum absolute emissum sit sine vlla intenta limitatione, oportet (ut ibid. addit Caiet.) casus occurrentes interpretari secundum sacros Canones, & veritatis doctrinam: atque adeo secundum exigentiam materiæ voti, considerata ipsius intrinſeca natura, vel institutione Ecclesiastica, atque circumstantiis eamdem materiam comitantibus aut consequentibus. Sic enim comparatum est, ut intentione voulentis, quæ principaliter fertur in voti materiam, accessoris feratur in eiusdem materiæ circumstantias, prout illam hæ sequuntur aut comitantur: siue ex natura rei, siue ex Ecclesiastica institutione, ut contingit in Ecclesiastico ieiunio, adeo ut eo ipso quod voulens eas non excludit, nec mutat speciali intentione, censeatur implire ipsas voulentes.

Porro ex duobus hisce documentis, tanquam fundamentis positis. Infertur primo eum, qui voulit sub aliqua conditione, non nisi eam secuto teneri ad executionem voti, quod si intentione ipsius limitatum est. Hoc habent Palud. in 4. dist. 38. quæst. 3. artic. 2. concl. 1. Richar. eadem distin. art. 5. q. 3. D. Anton. 2. part. tit. II. cap. 2. §. 4. & satis indicat D. Thom. 2. 2. quæst. 88. artic. 3. ad 3. Patet autem aperte ex priore fundamento ante posito. Sed tamen (ut bene Richardus ibidem notat) si voulens malitiose impedit euentum conditionis, non erit immunis à peccato violationis voti, quam se velle satis ostendit eo facto. Adeo ex Sylvestro in verbo Votum 2. quæst. 2. quod voulens, etiam non extante conditione, teneatur votum suum implere ratione scandali: si nimis votum fuit publicum, & conditio fuit secreta, vel in corde retenta. Adde item ex eodem ibide post D. Anton. loco citato: quod si votum factum fuerit sub pluribus conditionibus, nec voulens voluerit se obligare nisi omnibus illis extantibus: ipsum non ante teneri ad voti sui impletionem, quam omnes extent. Ratio patet ex eo quod ante habitum est, votum posse recipere quæcumque impedimenta ex voulentis intentione, quando ea fuerit certa. Sed si voulens sub pluribus conditionibus, nihil de dicta limitatione cogitauerit, aut an cogitauerit necne, discernere nequeat, tunc tuis esse votum adimplere. Imo (inquit Syluest.) id videatur necessarium. Pro quo facit, quod ex cap. Verum de conditionibus appositis, donatum interposita conditione, non possit postea à donatario revocari. Voulens autem aliquid sub conditione, donat illud Deo sub conditione,

qua

qua' posita teneret illud tradere. Nec enim obstat alias conditiones præter eam additas esse: quia inde non licet potius inferre, copulatiue esse voto appositas ad effectum continuandi suspensionem obligationis, donec omnis intentionis adimpta: quam disiunctive ad effectum terminandi in unaquaque earum, suspensionem ipsam obligacionis.

Cæterum quando ex verbis vountis considererit, conditiones esse ab ipso appositas copulatiue (vt cum vouint certam eleemosynam si à Principe officium obtineat, & filius recuperet sanitatem) iudicari potest in dubio, tacitam intentionem ipsius fuisse non aliter obligare le voto suo, quam extantibus omnibus appositis conditionibus: præsertim si postea aduerteret quod tunc noluisset alia ratione vounte. Ad hoc facit, quod vbi non considererit de contraria intentione vountis, is semper intelligi debeat intentionem habuisse faciendi illud quod declarauit verbis, ea accipiendo secundum propriam suam significacionem: siue in hac ambigua sint, ea interpretando iuxta usum communem personæ vountis, aut sua regionis: aut iuxta circumstantias alias, ex quarum observatione ferri solet potest esse iudicium de intentione vountis. Qua de re pluribus Suarez De relig. tract. 6. lib. 4. cap. 7. dicto 3,

Infertur secundo, ex iisdem positis fundamentis, Eum qui voto adimplendo, definitum tempus sibi præscriptum, teneri si possit in eodem præcise, ad executioni mandare. Itemque eum qui vouint voluit se ad statim exequendum obligare, teneri statim illud exequi, prout conguenter doctrinæ D. Thomæ 2. quest. 88. art. 3. ad 3. tradunt Sylu. in verbo Votum 2. quest. 3. Sotus lib. 7. De iust. & iure q. 2. art. 1. circa 4. argumentum, ac Nauar. in Enchir. cap. 12. num. 41. & 54. Et patet: quia tunc quoad id, certa est intentione vountis. Quod si is qui vouint, vel nullatenus definitum tempus voto implendo, vel nequit comprehendere ad quod tempus voluerit se obligare. Tunc tempus executionis, seu in quo incipit obligatio exequendi voti, & ultra quod executionem ipsam differre peccatum est; estimari debet iuxta conscientiam eiusdem vountis: nimurum ut si conscientia ipsius dicit, quod per annum aut duos annos expectare non sit contra vinculum sui voti, is non censeatur peccare existendo in morte, tardandove redire Deo tale voto, ex Caiet. in verbo Votum cap. 4. & ad predictum D. Thomæ art. 3. in fine, & ex Nauar. in citato num.

41. Et certe tale voto sic esse pie interpretandum, ratio dictat: cum par si credere, eam fuisse vountis tacitam saltem intentionem: præsertim si probaliter indicet, quod noluisset tunc ad illud citius implendum obligare se sub mortali. Etenim pro regula generali habendum est ex Sylu. in verbo vorum 2. q. 17. in fine: quod homo per Votum non obligetur ultra illud quod a se cogitauit, aut quod si cogitaset, voluisset obligari: quia sicut iuramentum non extenditur ad non cogitata verosimiliter, ex cap. Quemadmodum De iure iurando: ita nec vorum, cuius par est, ac illius ratio.

Sed queri potest, An si vouint nequeat ex conscientia sua iudicio comprehendere rationalitatem, vtrum sit in morte necne, teneat statim voto adimplere. Ad quod respondendum videtur: quod si nequeat id ex circumstantiis per se intelligere, teneatur exposcere boni viae iudicium, illudque sequi, hoc est, statim voto adimplere, si ita ille definiat: sin contrarium statuat, dilatio executionis probabiliter censembit licere. In definiendo autem vir ille bonus singulares conditiones persona & materia penfare debet: & aduertere si voto sit intrandi religione, ipsum de sua natura, non esse ad finem usque vita differendum: cum is qui illud emittit, intendat Deo in hac vita scriri; quod non praefaret si iamiam moriturus ingrediatur. Idemque iudicium est de cæteris, quibus aliquid vouint quod in morte non potest satis impleri, ex Palud. in 4. distin. 3. 8. quest. 3. artic. 2. & Sylvest. in verbo Votum 2. quest. 5.

Infertur tertio ex predictis fundamentis: quid respondendum sit ad dubium, An qui voto præscriptum certum tempus, intra quod non implevit illud, teneatur adhuc ad eiusdem observationem: v.g. vouint quis hoc anno ieiunia-

re certos dies, nec id implevit; an liber sit, vel adhuc teneatur ad ieiunium. Respondendum est enim, quod si vouint illud præcisely tempus sibi ad ieiunandum præscriptum ex deuotione, quia ad illud in Dei, vel alicuius Sancti reverentiam habuit: transacto eo non teneatur alio tempore ieiunium omisum implere. Id quod annotant Caiet. in verbo vorum in fine, Sotus lib. 7. de iust. & iure quest. 2. art. 1. circa 4. argumentum. & Nauarr. in Enchir. cap. 12. num. 54. perinde scilicet ac ille qui in aliquo die Quartuor temporum aut Quadragesimæ, aut vigiliae alicuius festi indictum ab Ecclesia ieiunium non seruat, alio die ieiunare non tenetur. At vero si vouint, tempus quidem implendi Votum præscriptum sibi: non tamén ad illud, sicut in preced. casu, respiciendo principaliter: sed illud tanquam circumstantiam externam adiungendo materia voti; tunc et transacto perseverat obligatio implendi: vt cum quis vouint ieiunare tribus diebus alicuius mensis, si voto intra eundem mensem non impletat, eo transacto durat adhuc obligatio implendi. Cui obligationi cum primum potuerit, tenetur satisfacere (quod etiam locis citatis habent Caiet. Sotus & Nauarr.) perinde nempe, ac quando Confessor ieiunia certorum dierum in penitentiam iniungit, teneatur Penitens, si etiunc omisit, eadem postea implere. Cæterum totum istud ex ante traditis fundamentis consequens est: quia in priore casu vouint intendit sibi aliquid impone (v.g. ieiunium) tanquam onus certe ac determinata die; non autem in posteriore casu, vt patet per ea qua ex Nauarr. in preced. num. 235. refutimus.

Infertur quarto ex iisdem propositis fundamentis, quod si quis vouint in vigilia sancti Laurentij v.g. non comedere panem: & adhuc postea vouint nihil comedere præter panem diebus Veneris: si in talem diem vigilia illa incident, neque vouint sit certus de sua intentione, iste teneatur vtrumque voto seruare, si potest sine periculo gratis infirmitatis: si minus teneatur illud seruare quod prius emisit, nisi posterius fuerit præstatis. Veritatis enim doctrina (iuxta quam ex Caiet. prædictum interpretandum esse voto factum sine limitatione intentionis) tale quid expicit: nempe, vt seruatur voto cum potest: atque vt posterius cum incompossibile fuerit priori, non teneat nisi sit de meliori bono. Quam resolutionem habent D. Anton. 2. part. tit. 11. cap. 2. §. 10. & Sylvest. in verbo Votum 2. quest. 17.

Qui etiam in preced. 16. & ante ipsum D. Anton. in eodem §. 10. de voto ieiunandi in festo alicuius Sancti cum euenerit in Dominica, censet distinguendum: vt si vouint intentione fuit, se per ieiunium affligere, teneatur tunc iuxta communem Ecclesiæ consuetudinem die Sabbathi præuenire: si vero intentione fuit se ad deuotionem maiorem per ieiunium disponere, teneatur eodem die ipsum seruare: quoniam ea etiam ex parte est bonum opus conductus ad Dei gloriam. Quod si neutrum intentionem habuerit, quia neuter eorum finium ei venit in mentem, debet ut in primo casu se consuetudini Ecclesiæ conformare: si vtrumque intendit, debet idem seruare quod in secundo casu, propter eamdem rationem.

Quo pacto sit interpretandum voto eius qui sine exceptione vouint se numquam esurum carnes in 6. feria, si in eam incidat festum Natalis Domini, habetur aperte ex cap. fin. De seruare, ieiuniorum: quod talis debeat tunc a carnibus abstinere, prout notat Palud. in 4. distin. 3. q. 3. art. 4. conclus. 4. Addens in sequenti quinta, eum qui vouint certa die vinum non bibere, si celebret debere ablutionem non aquam sed vinum sumere, quia id præceptum est Ecclesiæ & non tantum permisso, sicut comedere carnes in die Natalis Domini.

Nonnulla alia notanda in serendo iudicio de excusatione a voto observatione.

SECTIO IV.

Primum est, de quo Suarez in tract. 6. de relig. lib. 4. cap. 8. num. 5. cum neque ex verbis neq; ex vountis intentione determinari potest quidnam sit, de quo voto emisit, liberum esse illi ex iis de quibus dubitat probabilit-

ter,

ter, eligere quod maluerit. Nec enim tunc tenebitur amplecti id quod fuerit rigorosus, quia non magis ad illud, quam ad aliud de quo perinde dubitat, obligatur. Hinc idem Suarez num. 6. statuit eum qui voulit, & æque est in utramque partem incertus, voveritne castitatem absolu-
te, an cum determinatione si in aliqua religione admittetur, aut voveritne castitatem, non intendendo priuare se vnu matrimonij, sed solu[m] obligare se ad abstinentiam ab omni Venere volupitate illicita: aut voveritne religio-
nis ingressum ad eam probandum, an ad profitendum &
perseuerandum perpetuo in ea. Statuit inquam in talibus, alisque similibus vouent liberum esse eligere par-
tem minus onerosam, quando utraque fuerit æque incer-
ta. Quia tamen in re procedendum est maturo iudicio,
ita nimis ut diligentia adhibeatur, ad rei veritatem ex-
plorandam: atq[ue] verba quibus emissum est votum, pen-
derentur. Nam si ea ostendant votum esse factum de eo
quod rigorosum est, quidquid dubitetur de intentione,
qua prolati sunt, standum est illis ob vehementem præ-
sumptionem quam adferunt: nisi coniectura habeantur,
quaæ sufficiant ad iudicandum probabiliter, quod in-
tentio vountis non fuerit adæquata ipsius verbis.

Secundum est, de quo Suarez in eodem cap. 8. num. 9. & 10.
Quando in voto determinata rei qualitas aut quantitas
nequit probabilius sciri adhibita moralis diligentia, ne-
que adhibito prudenter arbitrio: neque ex verbis quibus
emissum est votum, neque ex circumstantiis materiae de-
qua est emissum, neque ex intentione vountis: determina-
tionem eiufmodi relinquere huius arbitrio, tanquam pos-
situm in ipsis potestate, perinde ac fuit quando voulit. At-
que hinc est quod ille qui sine limitatione sua intentionis
vouit aliquid, quod potest tam maius, tam minus esse, fa-
tis faciat præstando illud quod est minu[m]. Et ita ille qui
vouit in elemosynam dare nummum aureum, cum non
omnis talis nummus sit eiusdem valoris, sed alius plus va-
leat, alius minus; neque ipse hunc neque illum intenderit
determinate (adeo ut voti obligatio non cadat potius in
vnum quam in alterum) potest quem velit dare, prout ex-
pressit Armilla in verbo. Votum numero 21. bene excipiens,
nisi in mente haberet dare illud quod maius est:
aut nisi minus tale sit, quod tales personam vovere Deo,
ridiculum videi possit prudenti, nec bona sed mala fide
in eo agi.

Paro modo ille qui voulit dare quotannis pauperibus
vnam mensuram tritici, quæ in vnu, est diuersa quantitas,
nec constare potest quam determinauerit vouendo,
potest eam quam velit dare, prout cum Hostien. tenet
Angelus in verbo. Votum 3. §. 22. & approbat Sylvestr. in
eodem verbo 2. quæst. 13. quamus iudicent melius esse, vi-
deat eam quam tunc cogitabat, aut quam determinasit si
cogitasit. Ad quod confirmandum illi inducent textum
capituli Ex parte De censibus: ubi cum non constaret, fe-
cundum quam mensuram debitū quoddam ex voto, præ-
cise esset in obligatione: responderet illud posse secun-
dum minorem mensuram exolu[i], cessante confuerudinis
interpretatione. Qua de re Couar. ad cap. Iudicante De
testamento: num. 4 & 5.

Tertium est, Quando in vouendo nihil determina-
tum est de loco, in quo executioni mandaretur promis-
sum, relinquere in arbitrio vountis determinationem il-
lius, sicut & precedentium, ob eamdem rationem. Et
ita ei qui voulit ingredi aliquam religionem, liberum est
ex monasterio eligere quod velit dummodo in eo religio-
se vivatur, professio que seruerit. Nam Doctorum con-
fensus est, ut tangit Suarez in eod. cap. 8. num. 11. non satisficeri
tali voto, si eligatur monasterium in quo nec religiose vi-
vitur, nec professio seruerit. Et ratio est: quia sic non fa-
tis sit tali voto, quod ipsius substantiam: siquidem voue-
re ingressum religionis; idem est ac obligare se Deo ad af-
sumendum statum in quo religiose vivitur. Videri potest
Nuar. in Enchir. cap. 12. num. 45. & 46. Paro ratione is qui
vouit alias preces fundere, tenetur eligere locum in quo
possit id facere cum attentione. Hac enim est condicione,
quaæ intime includitur in actu precandi Deum: adeo ut
precessillas fundens sine attentione, non satisfaciat voto,

vt nec latifaciat Missam auditus in attentione, si vo-
uiscet audire.

Quartum est Votum negatum, se qui in eo naturam
præcepti negatiu[m] quod obligare ad semper & pro semper,
eo tempore pro quo emissum est; nisi; addita sit aliqua li-
mitatio intentione vountis. Sic igitur ille qui voulit nun-
quam bibere vinum: quoties bibit peccat tanquam voti
transgressio[n]: qui vero voulit certo tantum tempore non
bibere, tortis peccat quoties intra idem tempus biberit,
nisi detur iusta excusatio. Votum autem affirmatum, sic
obligare ut perinde peccetur diu differendo illius execu-
tionem, ac eam omittendo, prout iam docimus in præ-
ced. num. 232. additis in num. 233. tribus casibus, in quibus
talis dilatio exclusuræ peccari. Vide etiam dicta in hoc
ipso cap. num. 286.

294.

Quintum est, finem voti non cadere sub votum, vt nec
enim præcepti cadit sub præceptum (nisi forte expresse vo-
uentis intentio fuerit obligare se ad votum ex certo bono
fine seruandum) neque enim is qui elemosynam dare
vouit ex fine, vt satisfaciat pto suis peccatis: vel voulit ie-
nium ex fine vt castigare corpus, censetur violasse
votum, si ipsum executioni mandet quidem, non tamen
illo ipso fine quo voulit. Ratio est, quia non eo ipso, quod
quis aliquo fine moris est ad aliquid vountem, censendus
est voulisse, id ipsum promissum suum exequi ex eo-
dem fine. Quare ad id non obligatur. Ad cuius conse-
quentiae confirmationem facit: quod interdu[m] detur votu[m]
obligatorium, quod non potest impleri ex fine, quo
factum est, cum is forte sit malus, ideoque ex eo agi non
debeat.

Postremum est: modum actionis non cadere sub votu[m]
de ea factum: vt nec sub præcipiu[m] de ea datum, nisi
pertinet ad eiusdem substantiam, sicut attentio perti-
net ad substantiam orationis: vel nisi vountis directe in-
tendat illum, includere in voti obligatione. Ratio est quæ
habet Suarez in eodem cap. 8. num. 13. quia votum obligat
tantum ad id quod formaliter aut virtute per ipsum pro-
mittitur. Modus autem actionis non promittitur per votum,
nisi is vel in actione ipsa includatur, vel vountis in-
tentione, directe adiungatur materia tanquam pars. Qua-
re extra hosce duos casus, modus actionis quæ vountur,
non cadit sub votum ipsum: ita ut arbitrio vountis relin-
quatur secundum eum agere vel nō agere, ad voti imple-
tionem. Et ita qui voulit dare elemosynam, etiam si nec
ex charitate, nec ex habitu liberalitatis eam det, sed ex va-
nagloria non censetur voti reus: nec etiam qui voulit ie-
nium licet alias intemperante comedat, voto satisfacit, si
sumat tantum vnam in die refractionem circa meridiem,
nec vtatur cibis vritis (quas conditiones ciunium in sua
substantia includit ex Ecclesiæ consuetudine) quia seruat
totum quod spectat ad voti substantiam.

C A P V T . X X I .

De irritatione voti.

S V M M A R I V M .

- 295 Quid sit irritatio voti, & quorum sit potestas irritandi.
296 Superioris quarum est talis potestas non possunt irritare vota
ab inferioribus facta de iis quorum ipsi habent liberam dis-
positionem.
297 Vota que irritari possunt, tenent donec irritentur.
298 De eo quod vota inferiorum intelligenda sint cum condi-
tione, si Superior voluerit, incrementatur.
299 Diuersa via illarum conditionum: si Superior voluerit: & si
Superior non renuntiatur.
300 Quatenus valeant vota à Religioso facta de sibi prohibitis.
301 De aliis inferioribus idem esse dicendum ac de Religioso: &
quid de Episcopo.
302 Irritatio voti facta sine causa ab balente legitimam potesta-
rem, tollit illius obligationem.
303 Ex consensi potest peccatum peniale in irritante, non tamen in
illo quia ex virtute.
304 Et si peccet Superior sine iusta causa irritando votum subdit,
in quo iuste consenserit, validat tamen est irritatio.

305 Et